

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri

Baptista <Mantuanus>

Argentinae, 28. 8. 1501

VD16 -S7317

Apologeticon ad Eosdem

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-321582)

nor erat ei qui aliū seruasset: q̄ti ego (ne ingratus sim) te Refri-
geriūq; facere debeo. qui nō ciues meos & fratres tm̄: sed & me
ipm̄ Deo mouēte viāq; mōstrāte seruastis. Decorari vos oportet
hac n̄ra & si paupe corona: t̄ n̄q; a generosa mēte proueniat:
digna ē quā leta fronte & trāquillo uultu accipiatis: quę cœle-
stis & vere br̄itudinis vobis sit p̄fagiū: virtutū vestrarū mo-
numentū: & amicitie nostrę pignus imortale. Ab ineunte æta-
te cū sub paternæ disciplinæ cura æducarer: & postq; ad sancti
mōtis Carmeli serueritatē me cōtuli: ubi inter viros q̄ Heliam
heliseūq; p̄phetarū sanctissimos exprimere conātur iā diu vixi
sp̄ accipi b̄nificiorū acceptorū nullo pacto decei memoriā amit-
tere: sed oportere de referēda grācia semp̄ cogitare: & nunq; ob-
ligacionē dissimulare. Quātas igitur poterō grācias referam.
quas si referre negabit inopia: verbis agā. sin agere nequiuero
sāl̄tē habebō. Ad p̄sens ergo munusculo isto contenti eritis:
quod vobis tota mentis intencione dico: facturū multo am-
pliora si possem.

VALETE.

Apologeticon ad Eosdem.

Voniā fortasse cōplures: rei (ut mos est) nouitate pel-
lecti: & si non p̄legent: legent t̄n̄ Parthenicē nostrā: sub
vestris iā iā nōminibus edendā: ne in aliquē male opi-
nionis morbū incidāt: volo quendā salutaris antidoti synthe-
sim eorū mētibus admouere. Oēs t̄n̄ p̄monitos volo: si quid
meę iucūdisimę Parthenice decoris & venustatis deest (mul-
tū aut̄ deesse q̄s dubitat:) ip̄acietī Refrigerii desiderio totū im-
putandū esse: cuius lōgis p̄cibus expugnatus: me exorari: & li-
bellū quasi iplumes pullos añ tēpus passus sum euolare de ni-
do. Nec erat eius aliud desiderū q̄: ut sanctissimę Virginis lau-
des a pluribus legerētur: & Parthenice nostræ: Poetico vestita
decore: de Ecclesiastico p̄diēs gymnasio: populi in se conuertē-
ret intuitū. Sed nescio an quod voluit obtinebit. pia sunt vota
sed metuo ne nō foelici fraudentur euētū. nā nec q̄ debuīt lima
cruciata ē: nec hoīm mētes ut esse deberēt affectę sunt. Nā dum
q̄sq; t̄pm̄ vicio: cumulādis opibus: aut augēdis honoribus o-
perā impēdit: liberales artes intermittūtur: q̄ iter hūana bona so-
le sunt verę decus & honestissimū peculiū. Sed de his alias nūc
ad p̄ns institutū accedamus. Videbor fortasse cōtra & confire-
tudine & p̄fessionē meā nimīū excādescere: & Rhodio seu Lyn-
dio Herculi sacrificare: sed si nō nihil (q̄d̄ neq; p̄positū ē) limi-
tē excessero: deī rei cōtra quā dicturus sum: idignitati & iurię
quā q̄tidie patimur grauitatī. meminerit q̄sq; Mosē iusta in

dignacione cōmotū: tabulas Dei digito scriptas cōfregisse. & cōsiderer diuū Hieronymū suorū detractorē: q̄s sepe canes nominat maledictis m̄dere coactū: tāto nōnunq̄ stomacho moueri ut & si nunq̄ iusticię & vitatis: aliq̄n t̄n modestię & grauitatis videat̄ oblitus. Et q̄s aduersus hos iniq̄s iudices vocē nō tollat: q̄ assidue cōtra mei similes tā inepte: tā p̄terue: tā p̄caci ter: tā petulāter obloquūtur: Aiūt nos leuibus studiis oblectari: nec carmīa decere religiosum virū. hęc condēnaciōis nostrę causa ē. cōtra hos duce vitate paramus expediciōnē. hī p̄culdubio si errorē suū cognoscerēt: si saperēt & itelligerēt in eternum silentiū obmutescerēt. Et si quociēs peccāt atramēto linirētur: ut quorundā ludorū lex postulat. Andromada & Memnone nigriores essent. Vellē Hieronymū legissent & scirēt an mulierē alienigenā bello captā postq̄ decaluata est ī matrimoniu duce relicat. Quid sit ægyptū valis aureis & argēteis oīq̄ p̄ciosa suppellectile spoliari ab Hebreis. Quid mystice significet templū Dei & arcā legis auro barbarico decorari: q̄d ē q̄ Salomō ī dei sapiēcia tēpli materiā & ornamentū omē ex libano Phoenicia & gētiliū īsulis aduexit: q̄ quid ē Regina Sabeorū q̄ erāt Et nīci arabīę populi tātā odoramētōrū copiā Hierosolymā ad pacificū Regē attulisse: q̄ quid ē tres Magos auro thure & myrrha Christi cunabulū adorasse: & barbara pegrinaq̄ ligua Mariā saluasse: q̄ cur putas Ioseph & Mosē oēm egypciōrū sapiēciā didicisse: Cerre p̄ hęc & his silia significat̄ omē q̄d in terris boni erat siue rerū siue sermonis Christo deberi. q̄d ip̄e postea exp̄ssit dicēs cū exaltatus fuero oīa trahā ad me ipsū. ergo de nūero oīm nō est eloquēcia nec Poesis. q̄s angelorū vobis o crī tici reuelauit ab illa generalitate duo hęc excludi: Quid ē q̄d ī psalmo legit̄. Myrrha & gutta a vestimētis tuis a domibus eburneis ex q̄bus delectauerūt te filię regū in honore tuo. Astitit Regina a dextris tuis ī vestitu deaurato circūamicta varietate. hęc & si ad vtutes & mores referrī videātur nihil t̄n phibet & ad eloquiū sermonisq̄ varietatē extēdere. nā teste Iob lex dei & sermo m̄triplex ē: nec unā habet itēp̄tacionē cū auctore Paulo unusquisq̄ ī sensu suo abūdet. Vellē ne tocies bonos icesserēt antiquissimos & sanctissimos Hebreorū viros scirēt nō legisse mō sed & factitalle vsus & poemata Poetarū fuisse. sed alio noīe carmē appellabāt: nā cantica psalmos hymnos magis vocabāt q̄ poemata: ut illud Te decet hymnus deus ī syon. & illud. Psalmū dicite nomini eius: & itē: sumite psalmū & date tympanū psalteriū iucundum cum cithara. & itē: in psalmis

subilemus ei. & itē ill' exurge psalteriū & cithara. nō nunq̄ &
carmē dicūt ut illud carmē Deo nr̄o. sed qd de vocabul' est con-
certacio cū eandē rē esse cōstat quā Gr̄eci psalmū & hymnū di-
cūt nos carmē appellamus & ysus. Dicite. Moses sanctus fuit
scripsit Moses carmen: & illud filios & filias iussit ediscere. An
Dauid sanctus ē: at Dauid psaltes citharedus & Poeta lyricus
fuit. Audisti cū legeret' i psalmo Exurge gl'ia mea exurge psalte-
riū & cithara. Audin audin: psalteriū & citharā gloriā suā vo-
cat. Sed qd q̄si i re dubia hæsiramur & iterroga doctissimos he-
breorū: lege Hieronymū fidelissimū iterprē. Credo ego Dauid
& natural' & moral' Phīa studiosissimū fuisse: & Poetico diuio
q̄ spū nōnunq̄ tm̄ icaluisse ut aliqñ pphetaret n̄ aduertēs qd
diceret. audi psalmū cœli enarrāt gloriā dei et opa manū eius
enunciāt firmamentū. audi & aliū. Delectasti me i factura tua
& i opibus manū tuarū exultabo. Et paulo infra redarguens
eos q̄ a scienciā: contēplaciōe cessant subiūgit. Vir insipiens
nō cognoscet & stultus nō itelliget hęc. & in alio psalmo legit'
Deus sciēciarū dñs est. Dicite. Hieremias sanctus ē. at ip̄e nume-
ris Threnos scripsit. i genere pœmatis primus Simonides a-
pud Gr̄ecos usus dī. Quid de Iob sentitis. magna ps calamita-
tū eius heroico ysu Hieronymo teste decurrit. O sapientes vi-
ros & dignos qbus ecclesiæ credamus habenas: pscribere vo-
lunt carmīa. Proscribētur ergo Mosis Dauid Hieremię & Iob
i mortali veneraciōe digna volumīa. ah æquo aīo esse iudices:
nec p̄cipites in sniam ruatis: date diei dilacionē. peregrini testes
adducēdi sunt sed qd est vos rogo. die noctuq; i ecclesijs carmī
na legimus & cātamus: vos ipsi nō nunq̄ adētis cū canitur. Iā
lucis orto sidere Cōditor alme siderū. Ales diei nunciū lucem
ppinquā p̄cinit. Aurora lucis rutilat. Lux ecce surgit aurea:
Aeterna cœli gloria: beata spes mortaliū Altitonātis unice ca-
stæq; ples yginis. O q̄ gl'ifica luce coruscās. Sanctorū me /
ritis indyta gaudia. Iste cōfessor dñi beatus. Salve sancta parēs
enixa puerpera regē Qui cœlū terrāq; regit. adētis inq; cū hęc
& id genus alia vel leguntur vel canūtur: tacite cornicamini:
quę auditis laudatis: talibus placari Deū cōfitemini. hęc Poeta-
rū carmīa sunt: & Poetarū carmīa uultis explodere. idē pla-
cet & displicet: idē p̄batis & improbat' qd q̄tū viciū sit diale-
ticos iterrogate. facius vobis erat tacuisse & digito cōp̄scuis-
se labella. debebatis ea saltē diuine scripturę yba timere. ueh vo-
bis q̄ dicitis bonū malū & malū bonū ponētes lucē tenebras &
tenebras lucē. Vřę icōcīnē nuge p̄claris i genijs scādalu sūt: san-

etis virtutū conatibus obfistūt: accidit ignauicq; semina spargūt
Longe alit locutus est Christus scrutamini scripturas inq; &
in Discipulos irasci visus est q; pabolis apologis p̄similes tar
dius itelligerēt: cū dixit adhuc & vos sine itellectū estis. Isti ut
arbitror quadā sua bona ut aiunt voluntate cōtenti itellectū
excolere negligunt: hmōi vira si bona sit nescio: certe eā Hiero
nymus rusticā vocat. Ego existimo bonū virū esse nō posse: q;
vel sua vel aliorū prudēcia nō regatur: oportet ergo istos si bo
ni esse curāt vel quē dicimus scire vel sciētibus credere. Credāe
ergo nobis: & fileant & nos quoq; receptui canemus. Aiūt san
ctos viros ignaros līarū fuisse. fateor de quibusdā: sed erat in
eis dei spiritus rex oīm scrutator & doctor. Rudes erant inqui
unt Apostoli. non inficior eos cū electi fuerūt rudes fuisse: sed
expoliuit eos Christus: & disciplinā suę magisterio formauit:
cur Paul. vas electiōis appellatus est: an q; pię volūtatis motu
ferretur: nō utiq; sed q; diuinę legis & scripturarū erat arma /
riū. sic Hieronymo placet. si alit sentitis vel Hieronymo prudē
ciores: vel pessimi hoīm estis: quia nec prudētes estis nec pru
dentibus assentitis. Tria hoīm genera canit Hesiodus. unū co
rū qui q; agēda sunt vident agūtq;: & hi quidē oprimi sunt. Al
terū eorū qui estī non videant vidētib; nō obediunt. & hi quo
q; boni sunt. Tercū penitus inutile & abominandū eorū scz q;
nec sua ut dixi nec aliorū prudēcia gubernant. p̄pterea in Psal
mo dī. gens stulta & absq; consilio utinā itelligerent & saperēt
& nouissima p̄uiderent. Colenda ergo sunt ingenia scrutandę
scripturę: rimādī codices: euoluēdę historię. Augustini verba
subñcia sic enī i lib. de doctrina Christiana nos instruit. dicēs.
Philosophi maxie Platonici si quę fidei nrę cōsentanea dixerē:
non solū formidanda nō sunt: verę ecia ab eis tanq; ab iniustis
possessoribus i usum nostrū conuertēda. r̄ndebunt fortasse de
Phis Augustinū non de Poetis loq. verę aiunt. sed nungd Poe
tę Philosophi sunt: Quę snia illa est? Discite iusticiā moniti
non tēnere diuos. Et illa. morte carent aię. Et illa q; inq; apud
infernō purgari. Quę quis apud Supos furto lætatus inani:
Distulit in lerā cōmissa piacula noctē. nonne oēs Platonice &
verę imo & catholicę? Empedodes Phis orator & Poeta fuit
Tragœdias & Xerxis trāsitū carmine scripsit. Home. & Phis
& Poeta fuit: putauitq; oīa ex aq; p̄genita: nā Oceanū oīm pa
trē dicit. Ille ipse de q; Aug. ait Plato Poeta fuit: poemata edidit
& Tragœdias. Lucret. Poeta fuit & Phis. Marcus Manl. phis
& Poeta. Macer phis & Poeta. Quintus Serenus & Aufoni /

us medici & Poete Cū Vir. Geor. legis Phiam legis. tota Aene-
is Ethica est: docet. n. q̄ pacto vir fortis oēs casus ferre debeat:
qd̄ in om̄i fortuna sciendū qd̄ dicēdū qd̄ue tacendū sit. Et ma-
gnus est i eo lib. ceterisq; similibus nō eloquenciā solū sed oīs
scienciā sapiēcięq; thesaurus: & licet istę pueris tradantur sunt
tū viriles senileq; lectiones. Sed ne forte dicere audeant apud
antiq; ecclesię doctores & magistros: nullā fuisse Poesim: faci-
le nāq; in id mendaciū plaberentur nullā habentes historiārū
nociōnē: volo eorū occurrere delicto. & ne se tanti criminis reos
faciant obstare: nobile Psychomachię opusculū Christianū ha-
bet auctore Omastigophori: castigatoreq; nostri videbitis il-
lic fragmenta & prosopopeias ubiq; resonare. Quid de Paulino
Nolanę urbis Epō Hieronymi contemporaneo & familiari
Nōne pulcherrima q̄ adhuc extāt & semp̄ extabūt excudit Poe-
mata? Cū adhuc adolescentulus essem & a studijs ecclesiasticis
more illius gratis abhorrerē forte i ea poemata incidī: & carmi-
nis suauitate delectatus aim ad res diuinas paulatim appuli: &
ex illo tpe sacrag; litterarū studiosior fui. sic p̄cor accidat his
qui mea legent: & siāt libelli mei q̄si apostolica recia & trahen-
dis ad Christū hoibus laquei tenaciores. Ambrosiū Mediola-
riensem Archiep̄m & Bedā presbyterū: taceo: quorū alter Ambr-
scilicet pulcherrimos & pindaricā officinā redolētes hymnos
odasq; venustissimas / alter de cōponendis versibus libellū cō-
scripsit. Certū est mihi cū his prestantibus viris malle carpi q̄
vobiscū o censores mei ab imperito uulgo predicari. Volo an-
istoz oculos Iuencū Hispanū statuere quem iter illustres vi-
ros & in doctissimoz Christianoz catalogo Hieronymus æ-
num: rat: ut accidat eis qd̄ a Persio dicitur Virtutē videāt inra-
bescāq; relicta. Proditē o Zoili nostri videte virū sacris incia-
tū mysterijs lauro coronatū: musis undiq; cinctū lyrā tenentē
currere ad rē hoc & grāde spectaculū: sed caute ne repente cul-
petis: laudat a Hiero. hic igitur imensam euāgelicę legis maie-
stātē v̄sibus inclusit Heroicis: & idē aliq̄ fecere Christiani & gra-
uissimi & sanctissimi: quorū cū opus erit mencionē faciemus.
nōn enī hāc volumus in v̄ras durissimas frōtes esse ultimā ex-
pediciōnē. Et qm̄ carmē vituperant inspiciamus quid carmen
sit: quid mali concludat. iudicio meo licet ita carmē definire.
q̄ oratio sit strictiori pedū lege cohercita & ornatissimū dicēdi
genus. qd̄ hic mali latet: quid nō potius boni: sic rē naturę
p̄spiciunt quom̄ p̄ analysim in p̄cipia causalq; resoluuntur.
Oro quid i se mali cōtineat nō video: qui videt ædat. pedibus

ēē coercitū q̄s malū putat: at hęc ē tota cārmis natura. Dicūt
īsti malos esse v̄sus q̄ sepius ī v̄sus malos venere. atāt si p̄pte
rea res malas dicūt: quid peius auro: de q̄ illud Phocyllidis.
ἡ φιλοχρημοσύμη μήτηρ κακότητος ἀπάσσης
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἀργυρὸς ἀμοῖσι
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγέ: βιοφθόρε πάντα χαλέπ /
εἶδε σε μήρη τοῖσι γέμεσθαι πικρῶ ποθειμῶ / τῶν
σῶ γὰρ ἔκρητι μάχαι τὲ λεκλασιαῖτε φόμοιτέ.
Avaricia mater maliciae uniuersae:
Aurum semper dolus est & argentum hominibus.
O aurum malorū princeps: vitæ destructor: oīa difficilīans
O utinam te non mortalibus natum: nocumentū amabile:
Tui enim causā pugnae: predæ: cedet: quæ tot belloꝝ incē
dij̄s terra mariq̄ usum prebuere: mala crit tellus malum mare
addamus totum illud Helioidi.

Innumeræq̄ eciam mortale vagantur
Per genus infandę species: quibus æquor & omnis
Terra infecta tument: morbi noctesq̄ diesq̄
Sponte sua sine voce ruunt.
mala sydera: quibus nō nunquā male utuntur Astronomi. Cō
cedo magnę vanitatis Poesim nō suo sed abutentiū vicio fuisse
ministrā. Sed Maria Magdalena qd̄ fuit: Matheus Ap̄lus Pau
lus quondā lupus rapax quid fueret: & tu fortasse qd̄ aliq̄n̄ fui
sti: nō sunt destruēdę res bone q̄ malis usibus seruāt: sed ip̄i
si fieri pōt seruatis castigādi sunt puerse utētes. Orige. ingt res
quæ p̄ naturā bonę sunt dū his male utimur nos ad pctā deduc
cunt. nō ē mala res: vidit enī Deus cuncta q̄ fecerat & erāt val
de bona: sed abusus malus est. p̄fecto si malū ē cārmē oēm ora
cionē fateri malā necesse ē. si enī qd̄ in aliq̄ genere nobilissimū
est malū est: totū genus malū est. sed nolo ī hostes dialecticis am
plius t̄minis pugnare ne se insidij̄s circūueniri q̄rant: nec volo
illū imitari q̄ dixit. mutemus clypeos Danaū: q̄ signia nobis
Aptemus: dolus an v̄tus q̄s in hoste regrat: Volo apto cāpo
collatis signis milite v̄tute duce v̄tate iusto Marte decernere.
Dicūt Poesim iuentū esse Gētiliū: & p̄pterea respuendā. si con
sequenciā quas mō Neoterici consequencias vocāt legē agno

scerent putas ista dicerent? si aliqua perfectæ virtutis vena vi/
ueret in istis nõ esset nobis ista certandũ palestra: sed ad oĩa ad/
uerfa paciẽter & equo aĩo pferẽda me sp̃ illa Gregor. maxie ad/
hortata ẽ sñia quẽ inqt. Q d' flagellũ grano quod fornax auro
q d' lima ferro hoc facit tribulacio viro iusto. Itẽ illa Tolerãdi
ubiq; sunt mali: qa Abel esse nõ p̃t quẽ Chain malicia nõ ex/
ercet. Tolerare ergo debeo: tacere nõ debeo. Cuius malus ẽ in/
uẽtor malã rẽ esse r̃ndent. male ergo sũt lřẽ latine quã: ut aũt
inuẽtrix est Carmẽta. male Grẽcã quã: aũctor ẽ Cadmus: ma/
le oẽs artes liberales quẽ sunt inuẽta Paganorũ: nihil erit in hoc
mũdo boni p̃ter id quod in hortis istorũ aut agris nascitur
Nõ utentur fabri serra nõ ascia nõ ppendiculo non terebello:
nec nauẽ malo antẽnaq; quorũ oĩm inuẽtor Dãdalus fuit. p/
hibeatur & currus quẽ primo excogitasse dicitur Erichthoni/
us. Septineruis lyra Mercurij ẽ: caute musici. Istis cum egro/
tabũt ne aditis medici: ars enĩ vřa descẽdit ab Aesculapio. syn/
thesim Mitridaticã ne dederitis: Põnici Regis ẽ cõdimentũ. Ve/
rũ hæc mãifesta deliramẽta cũ sint nec cõsutatione egeãt: ad a/
lia obiecta trãseundũ est. Dãnandã esse Poesim volunt qm̃ fal/
sa deridendaq; cõtineat. Et illius versiculi p̃sidio freti festuca
moliũtur leonẽ occidere. Nã mirãda canunt & nõ credẽda Poe/
tã. Cur nõ pocius illud Horacij p̃ferũt? Dicitã p̃ carmia for/
tes Et vitẽ monstrata via est & grã Regũ. Nil intentatũ nostri li/
quere. Poetẽ. Quid ad hoc aliud r̃debo q̃ qd a Lactancio Fir/
miano viro & christianissimo & doctissimo in diuina: institu/
cionũ libro dictũ repperi? Dicã igitur Poetas veracissimos ẽẽ:
sed oportere volentẽ eos itelligere p̃monitũ esse nõ noĩa so/
lum sed res ipsas apud Poetas & sacros codices aliqñ significa/
re res alias: & sic fieri ut considerãti tantũ voces & p̃ria vocũ si/
gnificata nõ solũ Poetarũ sed & scripture sacre textus insũlũ fal/
siq; videant. ut ẽ illud i psalmis. Vineã de ægypto transtulisti:
eiecisti gẽtes & plãtasti eã. Dux itineris fuisti i conspectu eius
& plãtasti radices eius & ipleuit trã: opuit mõtes umbra eius:
& arbusa eius cẽdros dei. Extẽdit palmires suos usq; ad mare:
& usq; ad flumẽ ppagies eius. Vt qd destruxisti maceriã eius:
& ṽndemiãt eã oẽs q p̃tergrediũt viã? Extermiãuit eã aper de
sylua: & singularis ferus depastus ẽ eã. Si q; Poetarũ nrõrũ hæc
texuisset fabulã scribere diceret. hic igitur nõ solũ qd voces sed
eciã qd vocũ significata designet aduertendũ ẽ: & ita quid p̃ vi/
neã quid p̃ maceriã: quid p̃ radices & palmires: quid p̃ aprũ &
singularem ferũ exprimere voluerit subtiliter inquirendum.

Et in Euāgelio de vinea & torculari de Patrefamilias & vineæ
oparijs: de filio pdigo: & hmōi alia multa q̄ fabulis simillima
videbunt si iniquū forciantur interpretē. Simili mō si quæ apd
Poetas iueniuntur fabulæ ptractetur veraces iuenientur. Cum
Dedalus Bellerophōtes & Perseus volasse dicuntur quid p vo/
latum itelligi debet nisi celer aduentus: Quom in lupū muta
tus Lycaon dicitur quid lupus nisi rapacē violentūq; latronē
ōndit: Quid ē Halcyonē in auiculæ trāsisse figurā: nēpe nihil
aliud q̄ post Cæycis viri fata i illius auiculæ mores trāsmuta
tā. Vel hmōi volucres solitarias & quasi assiduo luctu mœrē
tes & halcyoni similes ōndere Poetæ voluerūt. Et de similibus
idē iudiciū ē. Bucolica carmina canere & meditari est pasto
res & rusticos effingere. Comœdias scribere: est mediocris &
infimæ sortis psonas exprimere: & auditores lectoresq; mores
hoim varios docere. Et Poetæ pprium ē veritatē sub aliquo
velamēto nouæ decentisq; figuræ recitare: sicut mulieres ad a
nimorū voluptatē veros panes sub auium nōnunq; figuris &
brutorū imaginibus abscondunt hinc metaphore hinc somato
pœiæ seu p̄popœiæ Apostrophe & Tropologia oēs & sihe /
mata descendunt: quibus ad euidencius & ornacius æloquēdū
nō Poetæ solum sed & sacrae paginæ pphetarum p̄cipue die
noctūq; passim utuntur. legite librum Augustini de doctrina
Christiana: legite Bedæ lib: quē de hmōi figuris edidit nostro
rum. i. ecclesiasticorū auctorū semp̄ exempla iubēciens. Quod
tantū ornatus studiosi sunt Poetæ vicio datur: at si equū ē hoc
iudiciū Deo & nature vicio detur q̄ terras tāto arborū herbarū
q; viriditate & florū varietate decorarint: q̄ celo tātum decus
addiderint: q̄ aurorā luciferumq; tāte venustatis gracia veste
rint. sed nec p̄pterea muliebri cultu admittimus: quem utiq;
admitteremus si sine mencium nostrarū periculo & virtutū de
trimento fieri posset. laudare Deum bonū est: q̄to cōpcior
laus erit magis unūquēq; delectabit magis ad legendum inui
rabit: corda magis excitabit sed hmōi laudes hymnosq; barba
ri lingua non prestabunt. arte opus est & ingenio: ars hæc di
cendi ars est & maxime Poesis cuius tanta est ad psuadendum
dissuadēdumq; vis ut eciā manifeste falsa credi coegerit. ab in
docto artifice Christum fingi licet: nōne & a perito: cōmuni
bus verbis & sermone rudi Deū laudari nemo nefas putat: at
cur nō egregia limataq; licebit oratione: hæc autē Poetæ est
quibus pstantissimū dicendi genus cōuenit. Nec fuit ad cōsu
randam deorū vanitatē utilior ulla q̄ Poetæ lectio: ipsi nāq;
b

deorū furta sceleraq; detegunt: & Deos ipsos quos laudare vi/
dentur explodunt. Nō timebimus igit ad res diuinas trāsferre
carmē: & nostre diuicias oracionis si quę sunt ī mediū ad Apo/
stolorū pedes afferre. si ornate laudare bonū est ornacius lauda
re melius est ornatissime vō optimū erit. Ego si optime nō po
tero bñdicere conabor: si bñ loqui nequero & si frigidus obsti
terit circū precordia sanguis saltē belle cōcedetur. Nolo talen/
tum mihi traditū more serui nequā abscondere. in tēplum Dei
quiscq; quod pōt offert: calix aquę frigidā nō contēnitur. puto
ego quōm ad Poeticū exercitiū me cōuerto si quid apcius exit
qn̄ hęc rara auis est: a Deo mihi dari: a Deo inquā q̄ trinus ē
non ab Apolline: & quociēs Apollinē nomino nemo sit tā ves
cors & leuis ut putet me veteres Deorū statuas istaurare velle:
neq; enī plastes sum sed p̄ Apollinem id intelligo q̄ nominis
ethymologia scđm Chrysippū ondit s. q̄ solus est & nō mul/
ti. itelligo igitur eū de q̄ dicitur. Audi Israel Deus tuus unus
est. quid si eodē mō Iouē hoc est iuuantē patrē seu more græco
diepitrē Deū vērū vocauero. qui hęc nomia falsis Dijs impo
suere mendaces fuere: quia rebus malis bona imposuere voca
bula: nec erant illoꝝ Deorū hęc nomia: nostri Dei erāt & sunt:
qui ita solus est ut trinus tñ sit: solus siue (ut nostrorū vestigia
nō omittā) unus in essencia trinus in p̄sonis. ipse v̄e iuuans
Pater est: & eū Iouē appellari nihil est aliud apud intelligentes
q̄ rem aliquā ab iniusto possessore ad ppriū dñm reuocare.
Quod si eo q̄ quidā demon Iuppiter est appellatus nō placeat
Deū nostrū Iouē. i. iuuantē patrē nomari & si bona quę Dijs
falsis imposta fuere nomina: nō est fas ad vērū Deū trāsmigra
re hoc quoq; nomen Deus reticebimus: nā Iupit̄ Deus dictus
est. summā igitur illā virtutē quę summa puidencia oēm mū
dum regit & cōdidit nō vocabimus Deū quoniā tali aliqñ vo
cabulo demones qui idolis includebātur usi fuere. Antiquus
ille falsus erat Iupiter: noster autem Deus verus Iupiter est: in
his tñ sanctorū Patrū sn̄iam imitari semp̄ cōsiliū fuit & est erit:
q̄ dñi spūs hos reget artus. Nō nunq; ecia veterū Deorū nomie
stellas ipsas vel aliquā dei creaturā intelligo: ut p̄ Vulcanū ig
nem: p̄ Martē stellā quę ī quinto orbe ē v̄ bellū: per Cererē ter
rā vel triticū vel panē: p̄ Neptunū & Nerea mare p̄ Nymphas a
quas: p̄ musas sciēcias exprimere volui ut asperitatē vocabulo
rū euitē & ut carminibus maior insit venustas: quę si secus fie
ret sicca arida & nimii seuera tetricaq; videretur. Fati nomie
nō illā causā: seriē unde volūt qdā nos cogi sed Dei ipsius vo

luntatē decretūq; ut saepe numero Seruius quoq; in Virgiliū
exponit significari volo: nō nunq; etiā & ipsam fidē; cœlic; &
tutē quā & si nobis necessitatē nō imponat tñ in hæc inferiora
corpa (seu simplicia sint ut elemēta: seu mixta imperfecta ut ros
& grādo: seu perfecta aiata inaiataue) plurimū posse nisi sapiē
ti dubiū est: quod si quis manifeste indubitateq; velit agnosce
re theologor; & Scoti præcipue in secūdo sniā; cōmentaria le
gat & q̄stiones. Cū fortunā nomino nō Deā Deūve aliquē co
gito sed occultā aliquā latentēq; causam aliqñ & p̄speritatē scē
licitatēq;. Oia hæc euitare pulchr; poema condere volēti diffi
cilimū arbitror: q; si veteres Poetæ quor; fecimus mēcionem
hęc euitare studuerūt: ideo fecisse arbitror q; nōndū penitus il
lor; Deor; cultus euauerat: sed postq; victor oīm Deor; fa
ctus est Christus & ubiq; positi p̄sidēs fugata ē demonū ma
licia: licet eor; nobis impune uti. Tūc regni nouitas talia co
gebat moliri & late fines custode tueri: at nunc non submotor;
sed extincto hoste licet prædā recensere: ouaciones triūmphos /
q; celebrare: opima spolia Deo nostro suspēdere: trophæa plu
rima ponere: quo tantē semp̄ duret fama victorię. Nūc hostes
& inimici Christi qui aliqñ fidē persequēbatur Dñi. s. falsi nūc
in eius pedū scabellū cōuersi sunt. calcat eos pedibus Christus
ambulās super aspidē & basiliscū & conculcās leonē & draconē
Scuto circūdat nos veritas eius nec timemus a nocturno ido
latrię timore. Angelis suis Deus mādauit de nobis ut custo
diant nos in oibus vñs nostris. Si veter; Deor; mēoria tolle
retur Christi magna ex pte apud nos gloriā laberetur. nō fuit
speciosus de Numātinis triūphus qm nullē exuuię in pōpa vi
se sunt. at de Perseo macedonię Rege pulcherrimū spectaculum
fuit q; ipse iter ciues suos captiuos captiuus Rex sonātibus ca
thenis populo Romano applaudēte ductus ē in capitolii: nos
quoq; sepius dñicā victoriā mēorātes Iouē ceterosq; Deos no
mināus sicut i fidei symbolo Pylatū: i euāgelio Caiphā & He
rodē. Tūc mirabilior & iucūdiior triūphus ē cū captiui ipi dig
noscutur: & sciūt hūc Regē esse illū filiū Regis: hūc fuisse ducē il
lū Ceterionē q; norit q̄to cultu olim Romani Iouē Venerē &
Martē: Atheniē. Mineruā: Libyci Iunonē Ephesij Dianā Rho
dij & Delphici Phœbū venerati sint: mirabitur tātā mūdi mu
tacionē q; nō nisi diuina & tute fieri ullo pacto potuerit: q; hæc
ignorat: neq; admirat neq; cōsiderat. nec miret ullus si Cynosu
rā: si Elicē nomio & hmōi multa: habet enī q̄libet ars sua q̄dā
peculiaria vocabula q;bus artificem uti necesse est: & hmōi vo

cū simulachra penitus horrere vel ignorantis est vel supsti /
ciosi Cynosura vocabulū est Paganorū res autē Dei: & si vis om /
nino Paganorū vitare grāmaticā non habes qbus nominibus
opa Dei nomines. Sed ut aliqñ finem iueniat oratio: hæc mis /
sa faciemus. si hoc unū addiderimus q; videlicet tēpus hoc no /
strū videtur esse id de quo ppheta locutus ē cū dixit futurū tē /
pus in quo pardus cū agno & crudelia aialia cū mansuetis im /
pune habitarent: & quo puero innoxius esset serpens & feras tru /
culentasq; bestias minaret puerulus: hæc iudicio meo de pue /
ro Christo & de dijs gentilibus itelligi possunt: quare non est
ad presens nobis ab illoz nomibus metuendū magis q; a scor /
pio cui recisa sit cauda: vel a vespa cui sit euulsus aculeus: puer
parvulus qui datus est nobis minar ista oia Et puer iste est q cū
dulcissima matre misit in os meū cāticum nouū carmē Deo no /
stro. Caueāt ergo isti ne de illoz numero sint de quibus dici /
tur. trepidauerūt timore ubi nō erat timor: ubi vō timor erat
hoc est in peccatis: mīme trepidāt. Volo sciant nostrā quā suā
tuciorē esse viā: nam & si in laudādis diuinis rebus nō nihil
modū excederē tñ in hoc excessisse q; defecisse longe melius ē:
Theologorū enī regula est. cū datur v̄tus ad augendū actū me /
lior est excessus q; defectus. Ipsi vō tacēt & tanq; luci pecus ig /
nauum nos apum sedulitate laborātes insectātur: & mellisuiis
nostris opibus insidiātur. Ex itegro citamur i iudiciū. pph̄ hu /
mana studia dicūt vapulasse Hieronymū & liuētes scapulas re /
portasse. Sed o stulti & tardi ingenio ad ea capiēda que clariora
sole ad vite hūanę instructionē sub oculos vestros Deus iges /
sit. Cur p̄cor Hieronymus vapulauit: q; idoneū utriusq; testa /
mētī laborādo se fecerat interpretē? Absit ut ego unq; in hanc
vestrā fallacem sniam trahar. Voluit Deus nouū vetusq; testa /
mētū p̄ Hieronymū trāsterrī voluit ergo & illa sine qbus id fie /
ri nequibat. at p̄s grāmaticę ignarus ethymologiā nesciēs or /
tographiā nō agnosces p̄sodię nullū iudiciū habēs: historiāz
vacuus Poetarū oratorumq; inimicus tam variū tā multiplex
opus consumare potuisset: hi sunt qui laborem & dolorē nō
considerant: digni qui magni patrifamilias curatores sint: ut
sub umbra iacētes opariorum sudorē rideāt. Vidi nonnullos
ex istoꝝ numero q se postq; Alexandri grāmatici & Esopi ver /
siculos didicere cōsumatos grāmaticos arbitrentur: & postq;
dialectices & legū aliqd addidicerūt / se Solones & Chryssippos
existimēt: postmodū quom v̄ Augustini vel Hieronymi v̄
Hilarij aut alterius ex his q latinā linguā tenuere p̄fert aliqd

hesitat tacent mussant: audisse dissimulat. doceri pudet. igno-
rancia cruciat: dicunt alia esse nunc alia tunc fuisse grammatice: &
cum de oportere illa quae tunc erat non ignorari quod secundum illam con-
scripta sunt euangelia Pauli & aliorum apostolorum: epistolarum mag-
norum doctorum: libri qui utique magni non fuissent nisi periti gram-
maticae fuissent. rident satis esse summa sequi vestigia rerum: &
sunt quoddam Catholicum veneratur quod pluribus erratis quam par-
dus maculis aspersum est. At cur igitur vapulauit Hieronymus?
Nephe quae artis suae arma ad obsequium Christi tardius reuocabat:
quod opes quas ab Aegyptiis abstulerat non dabat Hebraeis: quod aurea a
Persis acceptum non ferret ad Christum: quod Cedros in Lybano caesas
ad templi fabricacionem non traheret. Audiuitis: intellexistis: post-
hac silere vos decet. audet iterum nos interpellare. Poetas calumian-
tur quod multa in eorum libris obscenae dicta turpiter facta recitentur
possemus ob eandem causam sacros codices danare in quibus sodo-
mitae: scelera: idololatray impietate multorum: supra & adulteria
incestus quoque & sceleribus omnibus scelera immaiora didicimus
si mideas in sacris libris post scelera recitata poenae & ulciosis
mox fieri mencionem ut moueatur lector a peccato ad supplicia
necessarium esse transitum. hoc quoque de Poetis polliceri possem:
nam raro magna illa scelera commemorantur/quin insectae ruinae
& excidia subiungantur. Cur Tarquinium regno pulsum dicunt?
cur Caesarem interfectum? cur Neronem & alios deo & humano gene-
ri inimicos Imperatores trucidatos volunt? mortes ruinas euer-
siones cruciatumque flagitiis deberi ubique predicant. verum hac rursus
one dimissa quia sacris nolo conferre plana confiteor multa esse
in gentiliu libris abominanda: quae si quis a bonis plurimis quae
in eisdem libris sunt legere nesciat: libros non legat: noxii sunt:
venenosi sunt: mortiferos experietur. si vero prudencie tantum in
eis legendis habuerit quantum in legendo melle preferunt apes: se-
curus legat. Et non me sed magni Basilium doctissimum & sanctis-
simum iter Graecos doctores & Episcopos prius consulat: graecas
latinasque bibliothecas plustret. iueniet in omni ecclesiae aetate & cum
placitabatur sub Apostolis & cum rigabatur sub martyribus & pu-
tabatur ligabaturque sub doctoribus qui eloquentes erant eloquen-
ter dixisse & qui gentiliu studiosae profecerant exercicio gentilia cum
nostris spiritibus coniunxisse. Nec obiciat euangelia simplici nudoque ser-
mone tradita. obiciat & ego hominem nasci nudum. non panes sed tri-
tici oriri. Non contemplant ista opera Dei: sunt enim ut arbitror curui in-
tritis & caelestium inanes: audiatur gregorii sententiam de deo. non loquens
ait. Et si omnium bonorum sit ipse largitor tamen nostrae fructum querit indu-

stræ. si igitur det tibi Deus rûde lignû metues illud ad ædificã
dæ domus structurã ad quã illud pecieras dolando leuigãdo /
q; aptare. Dat tibi q; ad corpis & animi vitã necessaria sunt De
us. Ea tñ in his dãdis arte utitur & industria ut tuo quoq; si in
genio vales locû relinquat exercicio. Data est lex quis phibet
eã declarare interpretari a lingua in linguã trãsserre: nouis ver
bis ornare: nouo dicẽdi genere includere. Si tu hoc nescis obmu
tesce: sciuit hoc Hieronymus Rufinus Origenes & alij cõplu
res æterna memoria dignissimi viri quor; fecimus / & cū oport
unû tẽpus erit in postere; faciemus menciónẽ. Mos iste supaddẽ
di aliquid ornatus gracia & studio pietatis cepit ab Apostolis
p̄cepit Iesus Apostolis asinã cū pullo adducerẽ: de frondibus
& de sternẽdis vestibus tacuit: ad id totû apostolica supaddidit
industria. Tu ista cõsiderãs nõ frigescis. ignauã tuã nondû di
spicis. I nũc & verbis virtutẽ illud de supbis. Si dicamus istis p
sam quoq; numeris ligari & oracionẽ quã solutã vocãt qbul
dam pedû articulis incedere: vel me riderent vel profam deĩ
ceps sibi ipsis interdicerent: adeo conscienciarũ suar; nitori cõ
sulunt. sed Gregorius & Ambrosius & sanctissimi & doctissi
mi non solû non negarent ver; & negantes cū indignaciõẽ sub
mouerent & se persepe usos confiterentur: quod in eorum p̄
facionibus quibus i missar; solennijs utitur ecclesia manifeste
deprehenditur: tanto sale conditæ sunt tanta alacritate exultãt
tanta facilitate mouentur tanta venustate mensurãq; incedunt
ut his eciam ad quos est sermo non placere nõ possint. Quid
igitur Poesim horretis? excutite ex oculis caliginem: densam
hanc nubẽ abigite ne Narniẽsum prudenciã imitari videami
ni qui si vera fama est ut cornutæ coctæ impetû intercluderent
lapideũ pontẽ quo fluminis inde p̄terfluẽtis ripe cõmittebã
tur euererũt. sunt nonnulli qui zelo dei quidẽ sed ut arbitrõr
nõ scdm sciam exq̄sita illa & græcã phrasim redolẽcia vocabu
la quibus q̄si margaritis ambiciosa Poetar; oratorũq; supbit
oracio diuinis rebus annectere nefas putãt: sed istor; miserãda
pocius q̄ confutãda snia: & blãde monẽdi sunt. legãt Augufi
ni de Christi natiuitate sermones si alia maiora volumina vel
non intelligunt vel non habent inuenient angelum ad virgi
nẽ missum paranympum vocari: virgini astitisse paranymp
pham credulitatẽ. quid alacrius quid succundius quid phalera
cius quid ut ita dicam superbius illo Augufini de Epiphania
sermone qui incipit post miraculum virginei partus i quo ne
scio Virgiliũ ne an Lucanum magis studuit emulari: quem

est lego spiritu quodam Poeticis furoris accendor ad carmen quod
admodum olim Timotheus Phrygio cantu dicitur Alexandrum
ad arma concitasse. audi Augustini verba sunt. tunc luna rece-
dentibus astris per mediam coeli semitam pulchris aurea moti-
bus ibat: & iter suum radijs aperiens patentes campos placidis ac-
cessibus honestabat. Dum ergo rosea poli faces & noctem fulgu-
rancia astra discernunt tunc insolitum repente natura lumem extin-
xerunt. pavit subito stelliger axis: & astra tremula famulantur ad
cunas. hucusque Augustinus. Vides haec verborum series contra elo-
quenciae spuma luxuriat: quanto dicendi seratur impetu: quan-
to rutilet illustrata splendore: quod neget hunc Poeticum fuisse fu-
roris: poterat tunc veraciter de se dicere est Deus in nobis: agi-
tante calescimus illo: multo maior solito videbatur: afflatus est
numine quam iam propiore Dei. Quis non rideat si videat pro-
prium a corvo vel cygnum ab anseris de nimia cantus dulcedine pau-
mum a nyctiorace de nimio cultu: cyreneos & Hispanos equos a
testudine de nimia currendi velocitate culpari: Sic indiscreti sic
imprudentes sic malecuncti sumus ut quicquid vires nos-
tras excedit quicquid a nostra consuetudine fugit malum pute-
mus. Sed quod est aliter quam apud Boetium Severinum Phia vocat musas
saenicas Theatralesque meretriculas: Opportune & prope por-
ciunculam hanc edidisti Amici. respondebo: nec pro salute vestra modo
curari velitis parcemus impensis. eia & hanc morbi vestri ra-
dicem extirpemus: has hostilium copiarum reliquias una excursio-
ne delemus. duo sunt genera Poetarum: unum eorum qui paulo ul-
tra prima grammatice rudimenta proeclati quos sciolos Hierony-
mus appellat adeo sibi placent ut audaci presumptione sibi pol-
liceantur Matruane gaudia fame. hi sunt de quibus Augustinus
inquit in libro de doctrina Christiana haec siliqua intra dulce te-
storium crepantes querit lapillos. hi ne parum mra scire videatur
scripturam sacram irridet: quicquid Maroniano vel Ciceroniano ca-
ret lepore dedignatur: liberalium arcium expertes sola aurium delecta-
tione trahuntur: audent & contra catholicam veritatem aliquando sen-
tire: in quod scelus nemo unquam nisi leuis & insipiens & ipsis ve-
ritatis inimicus abductus est. horum ego & si aliquando in seculo erant
circa litterarum studia nunquam tamen vitam imitatus sum: dedit enim mihi
bonorum omnium dator deus ut a sceleribus idissolubiliter sic ad bonum brevis
viviendi curam constanter animi. horum igitur scenice sunt musae & popularis
aurae fauore occupantes. est & alterum Poetarum genus quod Maro no-
ster studuit emulari. quod exprimit cum inquit. felix qui potuit rerum
cognoscere causas: atque metus omnis & inexorabile fatum subiecit

pedibus strepitūq; acherontis aurari. & paulo itra. Sin has non
possim naturę attingere ptes frigidus obstiterit circū precordia
sanguis rura mihi & rigui placeāt ī vallibus ānes. & q̄ sequunt
hi sunt modesti graues circūspecti hūanarū diuinarūq; res stu
diosissimi: malētes esse q̄ videri: piissimi Dei cultores: religio
nis nō cōtēptores ut primi sed amatores obseruatoresq; Qua
les tpibus suis fuere Linus orpheus Hesiodus Homerus & n̄
Maro: qui quāq; falsoꝝ Deoꝝ cultū extollāt minus t̄m plectē
di sunt q̄ hi n̄c̄ tēpestatis Poetę: illi. n. vel t̄m vicio vel sua in
foelicitate decepti q̄ errore suū tueatur h̄re videtur: hi vero sub
nouę legis gracia pcreati & b̄n̄ficentissimi Dei donoꝝ ingrati
veritatē quā alii sumis īgenii corpūq; laboribus q̄si fugientē
secuti sunt oblarā respuit: repertā abiiciūt. q̄ si p̄tinacit contē
datur Boecium oēm dānasse Poesim: quis animis aduertite si
post ea v̄ba rediuit aduersus: si plura excudit poemata. Vide
bitis grauissimū sanctissimūq; virū & oīm sciēciarū piissimū
eo p̄cipue tpe q̄ religioni sanctitatēq; maxie vacabat cū. l. car
ceris squalore cōfectus ingruentē mortē sp̄ opperiebat: nō cū
scenicis sed cū veris sacrosanctisq; musis habitasse. Dirce iui
sille sub Euroꝝ lauri s̄ discubuisse: Stoā & Academiā plustraf
se: Aristotelicis cōgressibus usum fuisse: cū gentilibus nostra
miscuisse. Nō horruit iste p̄stantissimus v̄tatis inquisitor &
inuentor Græcoꝝ barbas barbaroꝝ tiaras fremdentes peregrī
nō sono linguas: quos cunq; v̄tatis amicos & clientes iuenit
amplexatus est. siue ille Poeta fuerit siue Orator siue Latinus si
ue Barbarus siue maurus siue Seres siue Ethiops siue scythā q̄
v̄tati astipulatus ē nobiscū in ea pte cōsensit: veritas enī. teste
Aristotele nuncq; veritati repugnare pōt. Non quibus linguis
quibusue vocabulis uteremur legiser noster Christus ostēdit
nec quō loquendū sed quō viuendū sit expressit. Immo q̄ ma
gis istoꝝ durę ceruices cōtudantur ipse Christus linguarū om
nium doctor fuit cum quinquagesimo a resurrectione die spi
ritus paradetus in linguis igneis Apostolis apparuit. Opera
enim Dei circa creaturas indiuisa esse dicimus. nec illis assen
cior qui non variis linguis locutos sed dum Hebraice loque
rentur a diuersarū linguarū hominibus intellectos vo
lunt Apostolos: cuius opinionis confutacio quia loco isti nō
conuenit in aliud tempus est differenda. Discant isti non me
sed Apostolo docente genera linguarū & interpretationem
sermonum quæ sine Poetarum cognitione fieri non potest do
na esse sp̄illancti: discāt Apostolū ipm nō nuncq; Poetarū usum

fuisse testimonijs. discant fuisse quosdā magne & sanctitatis &
sciencie viros in ecclesia qui Virgilium Poetam gentilem pro
pherasse velint cum dixit Iam noua pgenies celo demittitur
alto Iam redit & virgo: redeunt saturnia regna. Resipiscant igitur
& sint tardi ad loquendum: promptiores ad audiendum:
meminerint in magni Patrissamilijs domo nō unius generis
non unius usus tantum vasa: in uno hominis corpore nō unū
tantum membrum sed plurima esse: his nancq; diuersorum ge
nerum instrumentis: & si non tu tamen opus habet Christus:
ad cuius obsequium suadente in secunda Epistola ad corinthi
os Apostolo corpus animumq; & omia corporis animiq; bo
na quæ in nobis sunt & quorquor futura sunt conuertere ipso
fauente proponimus.

Finis.

Francisci Cereti Parmensis Iuris Pontiffi /
cuj scholaris studiosissimi in inuidum
lectorem Baptiste Mantuani Carmen
Inuide quid tantum iuuat exandescere lector:
Et Rhodijs linguax ponere sacra focus?
Thersitæ similis sine sensu & mente loquentis
Cur iacis in Vatem verba canina pium?
Et merito sceleris tanti dabis improbe pœnas:
Aedere scis grauius q̄ maledicta pati.
Liuide si nescis: Superum Regina Poetam
Hunc fouet: & Costo nata parente Dea:
In quarum laudes quantum certauerit arte
Pindarica fulgens testificatur opus.
Nulla erat (infandum facinus) reuerencia celo:
Squalidus inculto numine Christus erat:
Hic pius ad sedes hominem reuocauit Olympi
Restituens nostro mystica sacra Deo.
Protulit in lucem veterum monumenta parentum:
Quicquid & a Christo lex noua nostra capit.
Ergo tuos tandem mores depone ferinos:
Et memori Vatis pectore nomen habe.
Detur & Euripidis versum trans ferre sepulchro:
Qui fuit Aemathio conditus ante solo.
Nulla ætate tua o Vates monumenta peribunt
Fatidice Mantus Virgilijq; nepos.